Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

patrem et matrem puelle: Flebant autem omnes:
et plangebant illam. At ille dixit: Solite flere
non est enim mortua sed dormit. Et deridebant
eum: scientes quia mortua esset. Ipse autem
tenens manum eius: clamavit dicens. Puella
surge. Et reversus est spiritus eius: et surrexit
continuo. Et iussit illi dari manducare. Et stu
puerunt parentes eius. Quibus precepit ne alicui
dicerent quod factum erat. Dominica in septuagesima

Respice in me et miserere mei domine quoniam unicus et pau
perum ego sum de humilitate mea et laborem meum et di
mitte omnia peccata mea deus meus. Ps. Ad te do
mine levavi animam meam deus meus in te confido non erubescam

Protector in te sperantium deus: sine quo non
quicquid est validum: quicquid sanctum: multi
plica super nos misericordiam tuam: ut te rector
te duce sic transeamus per bona temporalia
ut non amittamus eterna. Per. Lectio beati petri apli

Humiliamini sub potenti ma
nu dei: ut nos ex[illegible] altet in tempore
visitationis: omnem solicitudinem vestram proiicientes
in eum: quoniam ipsi cura est de nobis. Sobrii estote
et vigilate: quia adversarius vester diabolus
tamquam leo rugiens: circuit querens quem
devoret. Cui resistite fortes in fide: scientes
eandem passionem ei que in mundo est vestre
fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie qui
vocavit nos in eternam suam gloriam in
Cristo modicum passos: ipse perficiet confir
mabit solidabitque. Ipsi gloria et imperium in se
cula seculorum amen. Gra. Exacta cogitationum tuarum